Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36493
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



30

Si etiam alienam fenestram caue. A fenestra enim domus suae intrat fornicaria.
a fenestra intrat. cum aliquem petulantis oculi temptat lasciuia. Ex
clude igitur hanc fenestram uerbi ocio. ne capiaris oculis meretricis. & arri
piaris palpebris. Si non una est fenestra. per quam mors solebat intrare.
Est & fenestra uborum. per quam sermones comedant meretricis. Et ideo te
ab aliena uxore custodi. ne te sermonibus gratiosis adornat. A fene
stra enim domus suae intrat. Intrat mors per oscula. & ideo caue ne te labris
tuis laqueis obligetur. Intrat mors si te meretrix osculatur. intrat mors
si etiam a coquescas quoque. intrat mors si multum loquaris. in multiloquio
enim peccatum incurrit. Intrat mors etiam si non loquaris. & xpm umquam confi
teri. Ore enim confessio fit ad salutem. Intrat mors etiam per cauernas au
rium. & ideo aures spinis sunt sepiendae. ut illecebras meretrici sermo
nis excludas. hae moralia sunt. sunt etiam mysticae oculi. quos auerte
re debeas a uanitate. Est enim & sensuum uanitas. quam oculi animae
tuae uidere non debeant. quam illi ea uidentes quos apostolus damnat. Vnde ip
so magistro auctore discamus. quae uanitas & qui oculi sint. Manifestum
est enim ceteros plerosque qui uanitate sensus sui obscuratiq sunt corde. & a
lienati sunt a uita dei. propter ignorantiam quae in ipsis est. propter caecitatem
cordis eorum. Illos tamen gentes apostolus dicit. Ignoret igitur gentilis ille. quod non
didicerit. ignoret quod non credidit. ubi ignorare non licet quod confiteris.
Xpe non in uanitate uenit. sed in ueritate. Non inflauit sensum hominis
sed uiuificauit. non caecitatem cordis sed illuminationem mentis operatus est.
Inflammauit cor tuum. ut comprehenderes quae mandatorum caelestium
ratio. quae animae substantia. quae uitae fruitio gratiae. in quo statu post
haec erimus. Erige igitur mentem. uiuere naturali ingenio. Ad imaginem dei fa
ctus es. ut supna aspicias. & terrena non quaeras. Noli curuare ceruicem
tuam mundi pmendam pondere. noli inhiare auro atque argento.
ne sedis te alligandum pecuniae. Ideo dicit dns. Nolite possidere aurum atque
argentum. ne uos auri atque argenti cupiditas auara possideat. Noli
igitur inserere collum tuum diaboli laqueis. Strangulat auaricia pauperem
in hoc seculo. sed in perpetuum diues suis laqueis suffocatur. cui sensus inua
nitate est. Intenebris ambulat. qui in his laborat quae sibi placere non
possint. Vanitas est sollicitudo uitae huius. Vinum non in crapula & ebrieta
te non in deliciis corporis sed cognitione praeceptorum caelestium delectationem no
stri debemus ponere. In uanitate currit. qui sibi successibus uidetur af
fluere secularibus. qui tamquam umbra praeeunt. Auerte igitur oculos tuos. ne
uideant uanitatem. Si non satis est. ut auertas. ne forte uelis & non possis.